



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Illvstrissimo Ac Reverendissimo Domino D. Ferdinando De Rye
Bisvntinensi Archiepiscopo S. R. Imperii Principi, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78322)



ILLVSTRISSIMO AC
REVERENDISSIMO DOMINO
D. FERDINANDO DE RYE BISVNTI-

nenſi Archiepiſcopo S. R. Imperii Principi, &c.
Bibliotheca ſua Capucitorum Paderbornenſium



VCBRATIONES noſtras practicae Theologiae ſummam conti-
nentes, tuae dignitatis excellentia, principatus amplitudo, generis
denique ſplendor (Archipraeſul Reuerendiſſime) ſibi ſummo iure
vendicarunt. Suſtinui opus quoad licuit, & pluribus licet annis
preſſum, quam Lyricus ille moneat: nec ſic tamen in animo eſſet,
incipiti iudiciorum aleae committere, ſi rem priuatis rationibus, &
non Dei, proximique charitate metirer: ſed mentem meam cum Dei
gloria animarumque ſalute coniunctam, omnibus probatum iri
confidi, ſi nominis tui praefidio muniretur, autoritateque ſanciretur. Haec vna nimirum
cauſa, vt caeterae abeſſent, ſatis foret, vt te potiffimum, hiſce noſtris commendationibus
Patronum aduocarem: quippe qui animum induxerim ſub tantis auſpicijs, & ſplendore
tanto, opus obſcurum ſine cuiuſquam inſimulatione poſſe prodire. Sed alia ſunt nomi-
na, Princeps Illuſtriſſime, ac imprimis tua, familiaeque tuae clariffimae in noſtrum Ordi-
nem prolixiffima iam pridem voluntas, nec vulgaria merita: quae faciunt, vt neque Bur-
gundo homini externus cenſeri debeas, neque a me Societatis alumno, praeteriri. Ecquis
non videt, vt alios omittam Illuſtriſſimi Marchionis a Varambon, te patruo digni nepo-
tis, ac fratrum propenſum in nos animum? Aut qua ratione tuis, tuorumque in nos ſin-
gularibus meritis, aliquid dignum remetiri poſſimus, niſi praedicationem, & quamcum-
que grati animi ſignificationem? Quod ad me attinet, iniquus eſſem proſecto, ſi tam
ſtudioſo Societatis Patrono non ſtuderem, ſi tam amantem non redamarem, & aliquo
propenſae voluntatis teſtimonio non proſequerer: nec enim, quia id, quod debeo, haud
poſſum: debeo id, quod poſſum praetermittere. Accipe igitur (Antiſtes Reuerendiſſime)
hoc, quae cumque eſt, noſtrae voluntatis officium, exiguum quidem, ſed ex magna tamen
tui obſeruandi voluntate proſectum; eo praefertim tempore tibi deuotum oblatumque,
quo in te omnium vota conſpirant: ſcilicet ea Viſitatione qua proxime gregem tuum
Dolae luſtraſti laboribus permultis exhaustis, miroque ſenſu pietatis ac exemplo, nec im-
pari fructu id aſſecutus es, vt te verè ποιμένα λαών, huc quaſi de caelo demiffum conſpirante
conſenſu, ſuſpexerint vniuerſi. Has inter gratulationes, publicamque celebritatem me-
ritorum tuorum, nihil habui dignius hoc labore meo, quod admicerem. Patete tantum
ſub tui nominis tutelâ in lucem, conſpectumque fidelium, quorum ſaluti ſtudemus, exi-
re; & ſi quid ex eo fructus, *vti ſpero*, decerpetur, tibi debebitur, tibi ſecundum Deum refe-
retur acceptum.

VESTRÆ CELSITVDINIS

Humilis in CHRISTO ſeruus

VALERIVS REGINALDVS
e Societate IESV.